

1706

DE
PURPURA
IN CHARITATE
TRIUMPHVS.

AD EMINENTISSIMVM
D. D.

PETRVM
DE SALAZAR.

S. R. E. P. C.
m. m.
COR. EPI.

HOSPITALITATEM
SECTANTES.

Rom. 12.

METRICE EXPRIMETVR.

*Corduba, ex Typ. Em. D. D. Card. Episc. apud Dida-
cum de Valverde, & Loyva, & Aciscum
Cortès de Ribera.*

1911

...

...

...

...

...

...

...




R. P. M.

R A P H A E L I S
O R T I Z

SOCIETATIS IESV , IN SACRA
Scriptura Doctissimi Mode-
ratoris ,

EPIGRAMMA.

IN LAVDEM AVTHORIS.



*Q*uas profers, Ioseph, de magno Præsule laudes,
Qui dedit, applaudens ipse probabit Amor.
Ipse suas laudabit opes, & munerâ plaudet,
Intinctumque sua pyxide dicet Opus.
Surgat Opus, credo, quod magnus Præsul in ævum
Construxit, surgunt quæ benè capit Amor.
Postera durabunt monumenta erecta, simulque
Durabit laudis postera fama tuæ.

ERUDITISSIMO
SAPIENTISSIMO PRÆSVLI,
DOMINO,

D. PETRO DE SALAZAR,

S. R. E.

PRESBYTERO CARDINALI,
Titulo S. Crucis in Ierusalem,
simulque Episcopo Cor-
dubensi.

D. IOSEPHS DE ALCANTARA
salutem, & perennem foe-
licitatem.



Amplissimū in mare deductus (Eminent. D.) inanis rivulus, in altitudine fluctuum, eius animus audax minimè precipitari conatur: quin potius, vt de plenitudine tanti pelagi sibi tranquillitatem accipiat, sua ipsa scaturagine, quamvis exigua collabente, ad illud, spreto improbo timore, iactatur. Oceanus, inquam, qui intra sui magnitudinem, paribus vndis tanquam sua origine, fontes,
&

& flumina paterno affectu patitur continere, eo
 quod: *Est origo, & principium aquarum, caput, & hos-*
pitium fluminum: In quo Sol clarissimus Cordu-
 bensis Ecclesiæ suis ardentissimis facibus, præ-
 lucens, inter lucidas vndas, interque tot lumina
 dignitatum, gyrum reberberantem sibi, vt or-
 bem lustret vniversum, nitidiorem reddit. Et
 quid si de Charitate dicam, quæ est ignis, &
 amor Dei: ignis est Charitas, inextinguibilis,
 tanquã lucerna, lucês & ardens cuius luce, sydera
 tua micantia, ad pulchritudinem veri luminis,
 illius iustitiæ Solis, recto tramite conferuntur:
 semper in te parata hæc lucerna Charitatis,
 Christo Domino in paupere præfulgente: vndè
 & illuminatus ignis, in igne Dei, ex eiusquẽ sa-
 cro lumine succensus, in supernam illam hære-
 ditatem ascendis: *Videte qualem Charitatem dedit*
nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Sic ete-
 nim, magis de pauperum salute, quàm de æra-
 rio sollicitus, in pauperibus fovendis (spreta ava-
 ritia, qua corda sordescunt) liberalitatem, po-
 tissimam tãtæ nobilitatis dotem amplexatus es:
 verè beatus, qui super egenum, & pauperem in-
 tellexisti! Quid igitur; divitibus gloriosius, ac
 magnificentius, qui Christo in paupere laten-
 ti, facultates suas committit, terrenis rebus, at-
 que caducis, non vt proprijs, sed vt alienis vtun-
 tur: terrenam hæreditatem, pro nihilo existi-

Arist.

Psal. 138

1. Ioan.
3.

Psal. 40.

Gregor.
Naz. ad
Imper.
irasc.

Math. 7.

Philip. 3.

Os. 11.

Ecc. 6.

mantes, cœlestem illam, verè què opulentissimam divino munere expectant, ignequè Charitatis accensi, à dando, Deum eiusque beneficentiam singularem imitantur? *Nihil tam divinum habet homo, quam beneficentiam: licet tibi nullo labore divinitatem assequi. Alij opes suas effundunt &c.* Regnum Cœlorum, est illa pretiosissima Margarita Evangelij, quæ nisi venditis omnibus, non potest comparari: istam incorruptibilem corruptibili auro emisti, vt in æternum dives, atque beatus efficiaris: illam ergo, tanquam de vero lumine lumen, lumine Charitatis quærendam diligenter existimasti, in illa vtrique omnia arbitratu vt stercora Christum lucrifacere studuisti: vinculo hoc amabili te illectum Dominus suavissimoquè nexu sibi copulavit: vt idem per Oseam ait: *In vinculis Adam traham eos in funibus Charitatis.* Vnde istis in nexibus vera libertas existit, salutareque vinculum appetitur, quia in eo omnia bona communicantur: Ecclesiasticum audiamus tanquam de hoc loquentem: *In iuce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ, decor enim vitæ in illa est.* Ex hoc, & in te laudandum est, illud magnum principium, à quo provenit Hospitalitatis cura, nimio Charitatis zelo, quæ si naturæ lumine fuit laudata (vt Cicero

cero ait) *Recte à Theophrasto laudata est Hospitalitas, est enim, vt mihi quidem videtur valde decorum patere domos hominum illustriū hospitibus illustribus. Quāto magis tu (Præful Ampliissime) divino lumine illustratus, cuius igne, in Charitatis igne flagrate, radios Vniuerso splendentes, tanquam in vnico exemplari reddisti: in Nosoconium administrando, est ipsa clementia splendoris, vel splendor ipsius clementiæ, quæ principes roborat, diuinosque afficit, & vt cum Cicerone loquar) Nulla re propius ad Deum accedes, quam salute hominibus danda. Hæc salutaris cura, ac nunquam satis laudata, orta ex tanti Principis pietate, tanquam illius perfectæ, diuinæque Charitatis lumen indeficiēs, emicat in te roborando, ac custodiendo tuam maiorem dignitatem: Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. Christianam pietatem iam diu collabentem, denuò restaurare desideras, eius in opere operando, tanquam verus diuini Numinis operarius, omne studium in egentem Christi gregem tibi commissam confers; vnde egenus, pauper, & æger; de plenitudine mercedis tuæ, in recuperanda sibi salute, amplissimum Nosoconium magnis muneribus ornatum, magnaue pecuniæ vi, mirifice extractum acceperunt: in hoc ergo magnifico opere Charitatis: quod est vinculum perfectionis, opus nostræ*

Prov. 20

noſtræ Religionis eritet. Cum vero Paſtorale
munus Purpura Regali in Eccleſiaſtica Militia
aſſumpſiſti, a te rerum omnium temporalium
affectum abdicaviſti, id autem non ex triſtitiâ, aut
neceſſitate, ſed cum gaudio animi, & hilaritate,
2. Cor. 9. *hilarem enim datorem diligit Deus.* Sic pauper, & nu-
dus, pauperem, & nudum Chriſtum in paupere
diligentiſſimè quæriſ, & vt dives Cæleſti Reg-
no efficiariſ, vbi ingentes te manent theſauri:
nam ex Apoſtolicò iudicio, non vult fieri dives,
qui pecunias ſibi coacervandas, aut in vanitati-
bus conſumendas habet, ſed ad faciendum,
Pſal. 111. quod per Spiritum S. David loquitur: *Diſperſit*
dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.
2. Cant. 8. 7. Pro dilectione, ſeu pro Charitate omnem ſubſ-
tantiam pro nihilo exiſtimante, pauperibus lar-
giſſime dediſti. Ex magno tuo conſilio, in quo
veram ſapientiam eſſequeutus, ardor tantæ Cha-
ritatis, vbi colluſtrata Purpura flagrat, ponit
theſauros tuos in egenis, vt illos inuenias, in
Coloſ. 2. 3. Chriſto, *ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ*
Dei. Cum enim Regnum Dei ſit vltra pretium
imaginabile, & nullum datur pretium dignum,
vt ematur, tamen prudentiſſimus mercator emit
omnibus facultatibus ſuis libenter diſtractis:
Verbum Dei magnis laboribus, per ſpatium ſuo-
rum annorû, ac demùm pretioſiſſimo ſuo ſan-
guine comparavit, nos autem, ſuppoſitis Chriſ-

in meritis, pretio vilissimo temporalium bono-
rum emere valemus; quod in te cernit (Eminet.)
Res illa, id est Regnum Caeleste aliud non quaerit pretium, quam te ipsum: tantum valet, quantum es tu; te da, & habebis illud. Sic enim totum te ipsum dedisti, mercaturam rerum terrenarum, pro-
lestibus rebus efficiendo: ideoque: *Ecce enim Merces vestra multa est in Caelo.* Hanc viam in veritate, divitibus assequendam edoces, nam pauper spiritu, ditior factus es, ipsa tua inopia pauperes patrimonio satis amplo locupletando, illisque nobilissimum Hospitium extruendo: & sicut; *radix omnium malorum est cupiditas*; ita radix omnium bonorum est Charitas, haec erit lampas inextinguibilis, oleo tantae tuae virtutis delibuta, cuius lumine toto Orbe perfecta Charitas exardescit. Hac igitur ex causa, in splendorem tuae eximiae Charitatis, quod Charitas est au-
fugit, & quae est exigua virgula fumi, in tui ardentem splendorem, ut de eius superiori lumine accendatur, non absque vultus mei rubore, de manibus meis evasit. Tuique praeclearo exemplo adductus, non inanis gloriae cupidus, sed humilis servus, hanc lucubrationem, flameo Christianae tuae pietatis indutam, tanquam peculiari meo Domino, do, dono, ac dico. Hoc totum consideravi: & tuis auspicijs compendium hoc ardentissimae Charitatis, in lucem

Bed. serm
19 de fac
tis.

Luc. 6. c.

1. Tim. 6

prodere, & tanti tui nominis præscriptio nem;
ad illud tanquam ad suum principium ad uare;
& me, ad limina tuæ magnitudinis, illustrium-
que virtutum, deferre, vt aliquem inde fulgo-
rem, ex facibus tuis prælucentibus, nebulae infi-
pientiae meæ, possim haurire. Quid amplius, si
me redeuntem in Oceanum tuum, mare mag-
num, in quo tot fluctus quot virtutes emicant,
in meo erranti cursu, tuæ benignitatis accipies?

*Quem, sic fama volat) bene Virtus circuit omnis,
Talis, vt Oceanum transeat ampla mare.*

Hic vbi, in Catholica, Religiosa, ac Eccle-
siastica observantia, ritus Christianæ Fidei fide-
lissimè; hic vbi Theologia, Philosophia, Orato-
ria, œconomia mirifice; hic vbi, veritas, fides,
iustitia, liberalitas, clementia, ceteræ quæ virtu-
tes: simul; & in templo religio, domi sanctitas,
in consilio æquitas, in virtute constantia, in
moribus integritas, in omni negotio liberalitas,
deniquè, & in autoritate sublimitas, æqualiter
reperiuntur. Nunc mihi fors vertitur (Eminen-
tissime D.) felicior si hoc munusculum, tuo no-
mini dicatum, propter quod iam non meum,
sed tuum effectum, benignè accipias. Publicam
tui gregis felicitatem, te sospite augeat Deus, cui
precor vt amplitudinem tuam in sui nominis
gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ splendorem
quam diutissimè seruet incolumen.


CHARITAS
FRATERNITATIS

MANEAT IN VOBIS:

ET HOSPITALITATEM
NOLITE OBLIVISCI.

Hebrae. 13.

PETRVS



Purpura Exaltata Triumphat, Regnat Virtus Suscitata



PURPURA EXALTA TRIUMPHAT:

A Vge tuos superans excelsos Corduba fastos,
Aspicias laudes, in quibus, ipsa tuas.

Semper ab Hesperijs nunquã spoliãda trophœis
Crescis, & ipsa tuo pondere pondus habes.

Multiplices nõ Roma potest memorare triũphos,
Illa sedet folio nec meliõre (a) tuo.

Nunc (b) Regina facit regalia tempora victrix:

Purpura purpureas est redimita comas.

Bœtica de niveo sacratum vellere sumit

Fulgorem, roseum dat rubicundus honos.

Bœtis oliviferi pariter cum Pallade Mayors,

Rubra suis carpit laurea ferta rosis.

Occidius Titan lætum contraxerat ortum

Non, nisi dũm Bœtis Purpura nectã sibi.

Hesperus insurgit cunctis rutilantibus astris,

Lucidus & noster Lucifer alta petit. (dis)

(c) Hoc opus, hic labor: hæc referũt præconia læu

Pauperis, atque sui causa salutis erit.

Barbara Pyramidum, Pastor, miracula ride,

Occursu Babylon cedat & illa tuo.

Fallitur imperium: Divina Potentia nunquam:

Et subito lapsu cuncta superba cadunt.

(a) Maximè autè
gloria, & poten
tia crevit Cordu
ba Marcelli o-
pus. *Sorab. lib.*

3.
(b) Charitas Re
gina virtutum.
*Bel. de aeterna
fel. lib. 3. cap.*

3.
Asthit Regina
à dextris tuis in
vestitu deaura-
to. *Psal. 44.*

(c) Sacrificium
laudis honorifi-
cabit me, & illi
citer, quo osten-
dã salutare Dei.
Psal. 49.

Erigitur Moles, nimiae Pietatis in vrbe,
 Pat Domus est caelo, Pauperis ara frequens.
 Erigitur moles, nunquam subitura ruina:
 Pondus ab ethereo sustinet alter Athlas.
 Eius in excelsis humeris nunc astra recumbunt,
 Lumina sydereum tangit ab vrbe (d) Domus.
 Amphitheatra ruunt, quid enim nisi fama super
 Protinus extincto fama vapore iacet. (fit,
 Non veterascit (e) Amor, nullo consumitur aëvo,
 Erectae que Domus tempore saxa vigent.
 Regia magnificis surgunt laquearia rectis,
 Perpetuum que sibi dat rosa pulchra decus.
 Ara super miseros divino accenditur (f) aestu
 Praesulis, vnde placet victima sacra Deo.
 Pauper, & infelix in caelo languore iacebant,
 Cum dolor augetur, tunc medicina malis.
 Muneribus Pastor magnis compleverat aulam,
 Hospitio que suos, quos Deus audit, adit.
 O, Pietas! ò dulcis Amor! procumbere lassis
 Non piget, & medicas applicuisse manus.
 Audiat hoc dives: (g) cum sit de divite pauper,
 Paupertas que sciat quam pretiosa sibi.
 (h) Aedificata Domus, felix, non indiga Mercis,
 Gaudeat in caelo, quòd sibi fundit opes.
 Pappura tot titulis nunc exaltata triumphat,
 Et rutilans toto spendet in orbe nitor.

(d) Magna erit gloria domus istius novissimae, plusquam primae. *Agg. 1.*

(e) Charitas nunquam excidit. *1. Cor. 13.*

(f) Aqua multa non poterunt extinguere Charitatem. *Cant. &*

(g) Est quasi dives, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis divitijs sit. *Prov. c. 13.*

(h) Gaudere, & exultare, quoniam mercis vestra copiosa est in caelis. *Matth. 5.*



REGNAT VIRTVS SVSCITATA.

Cum pia reddiderint ingentis Numinis ora,
 Auspicijs crescunt acta Paterna suis.
 Ardor inextinctus sacro dum regnat Olympo,
 Indè fluunt terris, eius ab igne faces.

Hæc facit, æthereas Molem spectare lucernas,
 Atquè Domum Stellis, hæc, referare fores.
 Perpetuus calet intrus Amor, quoq̄ pectus ad ex-
 Præfulis accendit vivida flamma rogo. (tra)

Dumquè tenet superum vitrei pallatia regni,
 Subiugat imperio, quæ nova tecta colit.
 Hic vbi, t ceta vigent opibus roborata per ævū,
 (i) Dulcis in amplexu quâ benè regnat Amor.

Fabrica què in geminas discurrit condita vestes,
 (K) Coccineus fulgens inter vtramque color.
 Hæc facit, inde thoro miserum reparare cadere,
 Divitias fundens Cæsariana manus.

Cuncta parare iubet (l) Virtutum Diva Potestas,
 Hic iacet ictus Amor, quò iacet ictus Amans.
 (m) Quæ Regina creatur, & est optabile quiquid
 Eius ab imperio, providè quisquis agit.

Sic mala maiores sumunt presentia vires,
 Cùm subit ex grato pectore (n) Charus Amor.

(i) Melius bene
 ficijs imperiam
 custoditur. Sen,
 de brev. vit.

(K) Mitte mihi
 Virum eruditū,
 qui noverit ope-
 rari in Coccino.
 2. Paral.

(l) Præstâtissima
 Virtutū est Cha-
 ritas. D. Thom.
 art. 6.

(m) Nihil Vir-
 zute præstantius,
 nihil pulchrius;
 & est bonū, &
 optabile quid-
 quid ex huius
 geritur imperio
 Sen. Ep. 63.

(n) idest Chara-
 tas. Hus. Tap.
 in Car. mor.

(o) Lægūidus ille ferit mæstis clamoribus auram,
Tēperat æstus Amor languida mēbra fovens.

(p) Sic repetit flores, & mixtas floribus herbas,
Et repetit multos nexus Amoris Amor.

Gaudet in hyblæo securus gramine Pastor
Pascere Christicolam solus & ipse gregem.

(q) Lectulus, vndè novos fructus quoq̄ floribus au-
Perpetuum què sibi suscipit ille decus. (get,
En vocat, ante al' os magnæ Virtutis ad Arcem,
Et Sacer ipse Parens, (r) ordinat intus eam.

Nomen adæquavit cælo Domus, (s) hospite Chris-
Qui super Emphyreum calcat & astra pede. (to,
Cum Pietas Patris, Christi miseretur alumnos,
Et Dominum recreat, paupere, quo, ipse latet.

Ad sacra magnifici penetralia Principis ibit
Virtus, & excelssæ Regna fronda Domus.

Dat sua perpetuam flectenti (t) Virga salutem,
Lapsantem Baculus firmat, & addit opem.

Vivet, spero, meus diuturna in sæcula Pastor,
Vivere qui multis post sua fata dabit.

Solus Amor potuit naturæ excedere fines,
Atquè suum Numen claudere Amantis opus.

(v) Cōscia mēs Domini, Dominū secutura videtur,
Doctus ab ipso altam gaudet inire viam.

Optimè Cæsareum Petri caput Intula cingit,
In que humeris fulget Purpura sacra suis.

Pulchrius ornatur, præfert insignia Virtus,
Non cupit illa viam, quam dabat aura, sequi.

Re-

(o) Stipate me
malis, quia amo-
re languo. *Car.*

2.
(p) Fulcite me
floribus. *Cant.*

2.
(q) Lectulus nos-
ter floridus. *Car*

2.
Flores mei: frug-
tus honoris. *Es-
cles. 14.*


(r) Ordinavit in
me Charitatem.
Cant. 2.

(s) Hospes erant,
& collegistis
me: infirmus,
& visitastis me.
Matth. 25.

(t) Virga tua, &
baculus tuus ip-
sa me consolata
sunt. *Psal. 22.*

(v) Intellectum
tibi dabo, & ins-
truam te in via
hac qua gradie-
ris. *Psal. 35.*

Regia res Virtus: regnat quoque Pastor in illa
Sublimata, fatis magna trophæa parat.



ET IPSI
TANQVAM

LAPIDES VIVI

SUPER ÆDIFICAMINI
DOMOS SPIRITVALES.

i. Pet. 2.

PETRVS

Petra Elevata Tangitur, Rutilat Viva Solidata



C

PE-

(f) Dictionar
to off. h
Exob. 14.
(g) Dictionar
to off. h
Exob. 14.
(h) Dictionar
to off. h
Exob. 14.
(i) Dictionar
to off. h
Exob. 14.



PETRA ELEVATA TANGITVR:

QUË Virtus numerosa iuvat Pietatis in omne
Pectora ducit opus, Gloria par què iuvat.
Cum Deus auctor adest, cunctos animosa volūtas

Lata mestus revocat, lata què magna gerit.

(a) Ante alias felix, insurgit dextera dextras,

Clara suis gestis non minuenda manus. (lā

Sic venit Augusta, properat quoq̄ Pauper ad Au-

Atque suam poterit sic habitare Domum.

(b) Cādīdus, & rubicundus Amans fert Numina
Pectore, quæ flammæ signa dedere suæ. (Amoris

(c) Virtus in Vrbe suū raptū sibi iustrat Amore,
Invenit, vnde rubent candidaserta rosis.

Pròvida debilibus, numerosa parantur Egenis:
Eccè coronatum culmine surgit opus.

Hæc nova dum cōdit, cultus renovatur in Vrbe,
Et Domus ex eius nomine nomen habet.

Pastor, vt exrubeo tingat diadema colore,

Ipse suas Tyrīo mūrīce tingit oves.

Pastor, & est Petrus: Petri & Pastoris imago,

Quem sequitur vigilās nomine re què simul.

Petrus, & est Petra, ardētes quæ fulminat ignes

Tacta micās, rapidas quot dedit Æthna faces.

(a) Dextera tua
Dñe magnifica-
ta est. Moïse.
Exod. 17.

(b) Dilectus
meus Candidus,
& Rubicundus.
Cant. 5.

(c) Inveni, què
diligite anima
mea: tenni eum
mec dimittam.
Cant. 3.

Tac-

Tactus Amore calet spargens per nubila flamas,
Tangitur, & sacro pectus ab igne Dei.

Petrus, & ille Petra instaurati firma Colossi,

Illam tamen nullo pondere tacta cadet.

Petrus, & ille lapis nativo interlitus auro,

(d) Vestibus ornatur lucida gemma suis.

Ad magnum Virtutis opus, summumque labore

Stabat Onyx aula sedus, & ille rosis.

Hoc, lapides rutilant adamanrū lumine plusquā

(e) Hoc, super exaltat culmina celsa Syon.

Auriferos lapides calcatur pulcherrima Virtus,

Strata Domus gemmis, gemma q̄ sparsa thoris.

Vidimus hunc lapidem fulvo splendore nitentē,

(f) Petra levata nitens, Petrus in Arce Dei.

(g) Isacides ductor lapidem super extruit altum,

Infundens oleum desuper in titulum.

Lamina Pauper adit, subito indulgentia census

Cui iuvat, (h) & lucrū sumptibus addit Amor.

Celestes dotes, & Amorem quærit amando,

Vt pia det Merces, fundit Amoris opes.

Edificans terræ, cœlo indelebile nomen,

Atquæ æterna sibi Gloria fecit it--

(d) Omnis lapis pretiosus operimentum eius
Exech. 28.


(e) Ecce eg mittam infunc meam Syon lapidem pretiosum. *Isai. 54.*

(f) Lapidem super extruit altum super terram
Zac. 9.

(g) Exerit lapidem in titulum fundens oleum desuper. *Gen. 28.*
Oleum Charitatem significat. Ita docet *Div. August.*

(h) Necessè est facere sumptum qui quærit lucrum. *Plant. i Asin.*





RVTILAT VIVA SOLIDATA.

Corduba, quã fuerit magno sub Principe fe-
 Per mare, per terras, inclyta sparſa ferunt.
 Ille gregem curans, oculis vigilantibus adſtat,
 Delitiã quẽ, ſuis, poſteritate manent.
 Magnificũ quẽ tenet, celeberrima Patria, Patrẽ,
 Quo lapide inſcriptas respicit illa notas.
 Cũ Domus erecta, eſt terram luſtraverat omnẽ,
 Hęc pia Virtus, agens Solis in Vrbe vices.
 (i) Præceptũ Domini, præceptis omnibus ingens
 Fulgidat, & lapides luce nitente replet.
 Culmina clareſcit facris penetralibus aurum,
 Vivida Petra micans plus pretioſa ſibi.
 K Crescit in immenſum magno quoq̃ cæpta labore
 Hęc Domus, adveniẽs de tribus vna Soror,
 Quam, comites vitæ cœleſti ſede locarunt,
 Vita fuit lapidis Spes, Amor, atquẽ Fides.
 Ædificans potuit vitalia vincere ſæcla,
 Poſt ſua, Qui quẽ lapis, fata ſuperſtes erit.
 Fortunata Lapis, nitidis qui ſubditur aſtris
 Fuſus Amore liquet, victus Amore iacet.
 Omnia vincit Amor, ſic nos cedamur Amori,
 (l) Qui ſuper exaltat iuſtitiam quẽ levat.

ſed ſicut (b)
 hoc ad hunc
 modo in
 ſi hunc

(i) Diliges Dñũ
 tuum, hoc eſt
 maximum, &
 primũ manda-
 tum. Mat. 22.
 Præceptum Dñi
 lucidum illumi-
 nans oculos. Pf.
 138.
 (K) Regnũ Dei
 non eſt in ſer-
 mone, ſed in vir-
 tute. 1. Cor. 4.
 Iſta hæc, ma-
 ior autẽm horũ
 eſt Charitas. 1.
 Cor. 13.

(l) Miſericordia
 ſuper exaltat iu-
 ſtitiam. Jac. 2.

Vir

(m) Virtus in Aede potēs, cunctis virtutibus am-
Divitibus dives, cunctaq̄ prorsus habet. (pla,
Quamque super, Pietas incēdens incola, Petram,
Interea, cunctos ad sua recta vocat.

(n) Ut sedeat folio virtutum maxima Virtus,
Petra fuit, noster Petrus, ad ima iacens.

(o) Fabrica, quā fecerat magni Salomonis ad inf-
Ex lapide electo condita in Vrbe manet,
Qui lapide electus, sacro que politus Amore,
Ille coaptatur per decus Artificis.

Maxima Virtutum Petram consolidat istam,
Et firmata, sibi grande ministrat opus.

Nominis illa sui signavit stemmate Petram,
Iustitiæ que viam iussit adire pedes.

Non galeæ, non scuta micant: meliore triūpho,
Mitescunt positis Pauperis ora locis.


Intima nunc cordis Virtus Clementia pulsat,
Vrit Amor pectus, vivit in igne suo

(m) Multæ filie
congregaverunt
divitias, tu
supergressa es v-
niveitas. *Prov.*

(n) In alto non
actum sapere, sed
humilibus con-
scire maximas
virtutis est. *D.*
Bern. in quodam
serm. ser.

(o) Domus au-
tem cum ædifi-
caretur, de lapi-
dibus dolatis, at
que perfectis ædi-
ficata est. *1. Reg.*
6.

(p) Anima vir-
tutum Clemen-
tia. *Sen. lib. de*
Clem.



(s) Propter miseriam inopum,
& gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dñus
Psal. 11.

(t) Desiderium pauperum exaudivit Dominus.
Psal. 19.

(u) Quoniam merces Dei manet in æternum.
Eccles. 18.

(x) Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. *Eccles. 18.*

(y) Sicut Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit.
Isa. 4.

(z) Tuæ Charitatis iaculo vulneratus sum. *D. Aug. man. 14.*

(a) Quam pulchrum est, quæ decorum vulnus è Charitate accipere. *Orig. hom. 2. in Cat.*

(s) Sic inopum magnæ tangebant æthera voces,
Nostra quæ clamabant, reddite tecta solo,
Pastor, & ille Parens ovibus loca sancta salutis

Condit, (t) vbi querulas audit Amore preces.

Nostra dedit portum lapsanti Patria certum,

(u) Fert vbi perpetuas navita Mercis opes.

Te, Pater) orbis habet cunctis solamen egenis ;
Anchora naufragij, ductor, & aura sui.

Ille suum robur deducit tristibus ægris,

Ille suæ vitæ dux, medicina, salus.

Gaudebat Patriæ talem duxisse triumphum,

Quem placidus Pastor victus Amore dedit.

(x) Exemplo quæ suo quisquis miserescere curet,

Quæ Pietate viam Pastor vt iste docet.

Multa gregi affucto magnâ Virtute ministrat,

Sollicitus quæ suo nectare mulcet oves. (li,

(i) Congregat, ille, novo conducens Pastor ovium
In quæ suo recubant agnus, & agna sinu.

O, Domus, ò, Patria, ò, divorum celsa propago,


O, Amor, ò Pietas, ò sine fine salus. (pūgūt,

(z) Hinc Amor, inde dolor, duplici quæ cuspide
Est in Amore dolor, causa doloris Amor.

(a) Quam sibi, quæ pulchrū miseri meminisse do
Pignora non curat, non nisi vulnus alit (lētis,

Saucius igne suo crescit dum Præsulis ardor.

Materiam superans, non leve tractat opus.



RES

RESPECTIVR VERE SIGNATA.

Magnus in orbe patet, nulli Pietate secūsus,
 Numine dē sacro numen Amoris habens.
 Numen ab æthereo divum inspiravit Amorem,
 In quo pascit oves, pascitur ipse simul.

Signa dedere suis, insignia sacra, salutis,
 Purpura purus Amor, mitra quē vita fuit.

Si vires animi propria virtute paravit,
 Excedit vires Virtus adaucta tamen,

(b) Pastor in Hospitio miseris languētibus astat,
 Illis se nimio totus Amore dedit.

(c) Mūneribus crescit Præsul sua munera dādo,
 Æstuat, & vehemens Pauperis ardet Amor.

(d) Aëra dūm Pauper fufis plangoribus implet,
 Sūpplicis hic pronā recipit aure preces.

Respicitur Pietas sacro Signata rubore,
 Eius ab amplexu lumina Signa dabunt.

(e) Viscera, Sancte Pater) mirā dulcedine cōdis,
 Tu Pietate bonus, tu bonitate pius. (do

(f) Divite pauperius nihil est, nisi munere quan
 Pauperibus dives, dives, & inde Deo.

(b) Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, Hospitalē, & benignū. *Paul. 1. ad Tim. 3.*

(c) Qui dat pauperi, non indigebit. *Prov. 18.*

(d) Qui obtulerat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. *Prov. 21.*

(e) Induite vos viscera misericordiae, benignitatem. *Col. 3.*

(f) Qui dives est in misericordia, dives est Deo. *S. Amb. ex caps. 19.*

(e) Cum inco-
parabiliter lon-
ge sit melior a-
nima, qua vivi-
mus terrena sub-
stantia, quam ex-
terius posside-
mus, quis non
dat substantiam
suam, quando
daturus est ani-
mam suam. *D.*
Greg. hom. 14.
in Evang.

(h) Si dederit
homo omnem
substantiam do-
mus suae pro di-
lectione, quasi
nihil despiciet
eam. *Cant. 8.*

(i) Ex operibus
misericordiae au-
getur Charitas
in anima. *Div.*
Ant. de Paul.
serm. 4. de mar.

(k) Non habet
amaritudinem
cōversatio illius
Sapient. 8.

(m) Si quis est par-
vulus veniat ad
me. *Prou. 9.*

(n) Invenunt
me vigiles, qui
custodiunt Civi-
tatem. *Cant. 3.*

(o) Reclinato-
rium auream,
ascensum purpu-
reum in media cha-
ritate constravit
propter filias le-

Hæc sibi (gratus amans) agitatur pectore cura,
Hæc est, quæ somnos excutit vna furo. (rus,

(g) Thesaurum Domino medio de corde datu
Prodigus, ille, suas pandit apertus opes.

Sūptibus atque suis Ædem memoralibus auget,
Cui venit, & Pietas, & comes ipse decor.

(h) Verus Amor potuit thesauros spernere cūc-
Divitiæ ingentes sūt in amando nihil. (ros,
Imperiosa fames, non auri lava voluptas

Exagitat pectus, nec sua colla premit.

(i) Reginam cupidus cunctis virtutibus ornat,
Imperio que suo crescit Amoris Amor.

(k) Dulcis Amor, sacra virtutum Virtus in aula,
(m) Si minor est aliquis, sponte venire potest.

(n) Pastor in Vrbe vigil, summā Pietate reperta,
Vnica languentis Spesquæ, Salus quæ redit.

Hic Amor, hæc Pietas generosis dōtibz ampla,
Hæc tenet impositas ex adamante fores.

(o) Hic vbi, nectuntur fulgentes Purpura, & au
In medio Pietas hic sua castra locat. (rum,
Quid mirum! His veniunt felicia tēpora captis

Desuper, & varijs gaudia Pauperibus.
Pignora vilescunt, mūdana que munera sordēt,

Divitiæ sordent, Pauperies que placet.
(p) Dives opū, Pastor, semper miseretur egeni,

Hæc sua lucra putat clara propago Dei.
Præsule (q) magnanimo totus congaudeat orbis,

Quem cœli placidus leniter afflat Amor.

(r) Iam tenet ipsa suis Paupertas limina caeli,
Exaltata manens iam simul ipsa solo.

LAVS DEO.

SVB CORRECTIONE

S.

M.

E.

rusalem, *Cont. 5*

(p) Qui pauperis miseretur Deo ad vsuram dat, multo maiorem recepturus ab eo misericordiam. *S. Basil. in Psal. 14.*

q. (g) Magnanimitas, virtus moralis ex Cardinali deducta. *Illust. Tap. lib. 2: virt. mor.*

r. (n) Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. *Isaiah.*

